

# GENEROSIS

ET MAGNAE VIRTUTIS

& spei Adolescentibus, Iohanni Iohansen, & Conrado Quitzo, discipulis suis charissimis & optimis.

Lucas Lofsius S. D.



VLTA SVNT CER-  
tissima signa horrendæ iræ  
Dei aduersus peccata humani  
generis, & imminentis extre-  
mi iudicij, in quo Filius DEI  
constitutus à Patre iustus ui-  
uorum & mortuorum iudex,  
dignas poenas sumpturus est à

contemptoribus sui Euangelij, & æterna præmia reddi-  
turus omnibus qui uoci Euangelij, quod Filius Dei ex  
arcano sinu seu pectore sui Patris ad nos attulit, uerè  
obtemperarunt. Inter hæc signa irati Dei propter  
peccata nostra, & impendentis extremi iudicij, arbi-  
tror non postremum esse præcipuum hoc tempore li-  
terarum, uirtutis & disciplinæ contemptum in uul-  
go, & iuuentutis inobedientiam: quam pij paren-  
tes, qui honestè & rectè liberos suos educari & insti-  
tui student, & qui Scholas docent & moderantur,  
multiplicem experiuntur. Nam & Diuus Paulus in

A 2

obedi-